



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

47. An Parentes divites, si propter aliquam iustum causam exponat filios hospitali, teneantur restituere expensas circa eorum nutritionem? Ex p. 3.  
t. 6. & Misc. 2. r. 40.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

Ludouico Lop. lib. 2. de conradibus, capl. col. anten-  
nali. verb. superest nunc, vbi bene ait huiusmodi dispo-  
sitiones conditionales minin cspectandas esse, sed id  
quod voluntas tunc intendit: quia in obligatione ius-  
titiae id peculiare est, vt illi minime satisfiat, quando  
alio titulo, vt donationi, vel elemosynae, quam foliū  
debiti redditur. Nec conditionalis illa tollit, quin hic  
& nunc sit vera donatio, & elemosyna, & non debiti  
solutio. Ita Sanchez, & præter Lopez tenet etiam suam  
sententiam Salas de legibus disp. 4. sect. 2. n. 3. & Bo-  
nacina de leg. disp. 1. qu. 1. pñct. 10. n. 13. quia obliga-  
tiones iustitiae neque contrahuntur, neque tolluntur,  
nisi dependenter a voluntate contrahentium, quia tam-  
en in his casibus ratione obliuionis, & incogitantiae  
ponitur non fusile.

2. Sed negariam sententiam tanquam probabilem  
non desinam hic admittere per ea, quæ nouissime ad-  
ducit Nicolaus Baldellus, vir quidem doctus in Theol.  
moral. tom. 1. lib. 5. disp. 25. n. 18. vbi sic ait. Nec negari  
potest quin etiam in materia iustitiae possit sufficere  
ad illius obligationes tollendas intentio generalis, &  
implicata, quæ de facto haberet ab unoquoque satis-  
faciendi omnibus suis obligationibus, quibus absolute  
potest satisfacere per unumquaque suam actionem.  
Neque obliuio & incogitania huius, vel illius obliga-  
tionis specialis potest tollere, aut impedit voluntatem  
generalem, & implicatam faciendi omnibus, quæ ha-  
bentur, sed solum tollit, aut impedit voluntatem spe-  
cialiem, & explicitam satisfaciendi huic, aut illi obliga-  
tionis in specie, vt ex se patet, & ideo etiam in casis  
bus positis obligationes iustitiae dicenda sunt verè  
tollit dependenter a voluntate coram qui per illas sunt  
obligari. Nam hoc modo locum ex pluribus, scilicet de solut.  
expresse dicitur, quod qui ex pluribus causis vni alicui  
debet pecuniam, neque exprimit, aut demonstrat, dum  
illam soluit ex qua causa soluat, & cui obligationi in-  
tendit satisfacere, censendum est pro illa soluere, quæ  
apud ipsum est prior: vt, v.g. si aliqua ex causa tenetur  
soluere sub pena infamiae, vel sub aliqua alia, vel sub  
iure hypothecæ, aut pignoris, & similibus. Et ratio  
subditur, quia verisimile est diligenter debitorem si  
effer admonitus, ita fuisse gesturum suum negotium.  
Ex quo textu clare habetur, quod voluntas implicata  
& generalis, quam vnuquisque que habet satisfaciendi  
potest per unumquaque actum suis obligationibus,  
in materia iustitiae, idque non solum est verum, quando  
in actu soluendi nulla causa nulliusque titulus ex-  
primitur, aut determinatur, ex quo fieri soluto, sed etiā  
quando exprimitur, & determinatur vnu aliquis minus  
minus principalis ex aliorum obliuione, & incogitania:  
nam huc obliuio, & incogitania facit solutionem pro  
illo alio titulo simpliciter inuoluntariam, cāmque re-  
soluerit in hanc conditionalem. Trado, vel soluo ex hoc  
titulo, nisi tener ex aliquo alio potiore, & maiori  
momentio, vñ diximus paulò ante. Et hæc omnia docet  
Baldellus loco citato. Dicendum est igitur, quod inten-  
tio implendi quamcumque obligationem, semper vi-  
detur haberi saltem generaliter, & semper potest pra-  
sumi ab unoquoque, quando non constat de intentio  
ne contraria, quia vnuquisque in suis actionibus ge-  
neraliter semper intendit satisfacere obligationibus,  
quas habet, vnde licet prima opinio sit prebellior,  
posteriori, vt dixi, puto probabilem esse. Et idē ex  
his à fortiori sequitur, quod si quis ex deuotione in-  
uferer hanc, vel illam Ecclesiam, & non recordaretur,  
quod ad id tenetur ex voto, vel ex pœnitentia à  
Confessorio iniuncta, quando postea aduerteretur debi-  
tum, & recordaretur voti, aut pœnitentia, non tenetur  
iterum illas Ecclesias iniungere, sed potest existimare  
vtrisque satisfecisse;

### RESOL. XLVII.

An parentes diuines, si propter aliquam iustam causam  
exponant filios hospitali, teneantur restituere expensis  
circa eorum nutritionem i Ex p. 3. traſt. 6. & Misc. 2.  
Rel. 401

§. 1. Afirmatiūe concurrit respondet Doctores,  
& ita tenent Homobonus de exam. Eccl. part.  
2. tr. 10. c. 4. q. 14. Bellocius in praxi mor. Theol. part.  
2. q. 7. n. 25. Azor. part. 2. lib. 2. c. 5. q. 7. & Alij Ratio est,  
quia hospitalia instituta sunt ad intrriendos hos i-  
fantes preogenis, & non pro diuitiis.

2. At his non obstantibus, non grauabor hic appo-  
nere sententiam Rodericii Acugna in Decretum Gra-  
tianii part. 1. disp. 87. c. 9. n. 13, vbi sic afferit. An parentes  
expositorum, si sint diutes, teneantur in con-  
scientia ad sumptus nutritionis hospitali restituendos.

3. Et non teneri verius videtur, cum hospitalia sint  
instituta pro præsentibus necessitatibus, absque ullo  
onere miserorum; & exposti quantumvis eorum pa-  
rentes sint diutes, præsentes necessitate vidente ex-  
ponuntur, & ita nihil tenentur, postquam fuerint sui  
iuri, hospitalibus restituere. Accedit quod peregrini  
spoliati à latronibus, & similiter ægrotantes, quanvis in  
sua patria sint ditissimi, gratis curantur, & susten-  
tantur in similibus hospitalibus sine ullo onere resti-  
tuendi, vt ex vñ confit. Et confirmatur, quia alioquin  
hospitalia redditus haberent, non vt liberaliter, & grati-  
tis propter Deum necessitati patientium succurreretur,  
sed potius vt mutuum miseris daretur, quod est incon-  
ueniens, & non præsumendum de fundatoribus hospi-  
taliis. Sed forsū dici potest, tres classes hominum  
esse distingendas; in prima continent homines pau-  
peres in re, & in spe; in secunda pauperes tantum in re,  
& non in spe, vt fili families; in tercia alij diutes in  
re, impediti tamen propter metam, vñ aliam iustam  
causam filios atere nequeunt, & hos teneri ad restitu-  
tionem hospitalibus faciendam dicendum videtur. Ita  
Acugna loco citato.

### RESOL. XLVIII.

An si quis vñ, & fraude impedit, ne nepos filia spurijs  
instituatur heres ab auct. teneatur ad restituionem?  
Item est dicendum de illo, qui fraude, & vñ, impedit, ne  
aliquis consequatur officium, vel beneficium, &c.  
Et supponitur nepotem filium spurijs posse institui her-  
dem ab auct.

Et quid est dicendum, si quis impedit, ne omnia supra-  
dicta bona aliquis assequatur non vñ, fraude, vel men-  
dacio, sed precibus, blanditiis, munieribus, &c. etiam  
si hoc ab aliquo efficeretur cum odio, & inuidia, an pec-  
cat mortaliter, sed non teneatur ad restituionem?  
Et in corpore huius Ref. adducitur 77. dñuersi casus pro  
praxi, &c. Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Refol. 33.

§. 1. Suppono nepotem filium spurijs posse institui  
heredem ab auct, si hæc institutio non efficia-  
tur intuitu filij spurijs, vt illa bona ipse habeat. Ita Val-  
quez opus de ref. c. 5. §. 7. dñub. 7. n. 12. Molina de iust.  
t. 1. tr. 2. disp. 167. concl. 9. num. 16. & ex Iuristis Iulius  
Clarus de ref. n. 32.

2. Hoc supposito de hoc casu olim interrogatus affir-  
matiūe respondi, quia qui vñ, aut fraude impedit ali-  
quem ne instituatur heres, vt est in casu nostro, peccat  
mortaliter, & tenetur ad restituionem; quidquid asse-  
rant aliqui apud Emanuel S. ver. refit. 2. adver-  
totam.

Sup. hoc in  
tom. 6. tr. 4.  
ex lata do-  
ctrina Ref.  
14. cursim  
in fine, sed  
lege campes-